



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosaes ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Delictis puerorum. Tit. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

vir 5. quest. 7. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 34. art. 10. late Farinac. in praxi crimin. part. 3. quest. 92. num. 42. cum seq. Molin. de iustitia, tom. 4. tract. 3. dist. 36. n. 6. Aloys. Ricc. in collect. decif. part. 5. collect. 1845. Cardof. praxi iudicium verbo homicidium, num. 31. plures refert Cened. ad Decret. collect. 18. n. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Impuberes puniuntur in commissis peccatis, sed mirius quam puberes.
2 Infantis proximus an in delictis excusetur ostenditur.
3 Minores mitius puniuntur.
4 Poena ratione minoris aetatis an & quando sit minuenda, ostenditur.
5 Minor an, & quando adversus confessionem delicti factam in iudicio restituatur remissive.

C A P. Pueris. I.

Gregor.

Veri grandisculi puniuntur in commissis peccatis, ut in furto, mendacio, perituro, &c. Sed mitius quam puberes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Casal. in annot. Ioan. Andr. Anan. Hoff. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 168. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 696. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 20. c. 1. vbi tribuitur Augustino.
Hunc text. loqui de impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati, advertit Farin. in praxi crimin. part. 3. quest. 92. num. 53. vbi n. 1. resolut proximum infantia in delictis ipso iure, & absque restitutionis ope excusari, quod etiam tenent Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 1. n. 57. vers. & idem est. Menoch. remed. 9. recap. num. 36. & seq. Sfort. de in integrum restit. part. 2. quest. 80. num. 44. Chald. Pereira in l. si curator em, verbo vel adversarij dolo, num. 53. Nam infantes, & infantia proximos etiam doli capaces excusari in delictis tenent Anton. Gom. d. num. 57. vers. in tantum est verum, Chald. Pereira d. num. 53. Farinac. d. quest. 92. num. 54. vbi num. 57. advertit text. in presenti debere intelligi non de doli capace infante, seu proximo infantia sed de proximo pubertati, ante enim hoc tempus nullus in impubere consideratur dolo, & ideo male glossa, & Doctores in presenti, intelligunt hunc text. de puero in septennio, quia debet intelligi de proximo pubertati, prout etiam intelligit Couar. de sponsalib. part. 2. c. 6. num. 5. in fine Duen. reg. 259. limit. 3. vers. & circa. Plac. de delictis, cap. 3. n. 4. vers. ex his omnino falsa est.
Quamvis in eis non ita, ut in minoribus, &c. Notatur ad hoc, quod minores mitius puniuntur, ut per Bonacof. commun. crimin. part. 1. verbo minor non debet puniri, Aloys. Ricc. in collect. decif. part. 5. collect. 145. Molin. de iust. tom. 5. tract. 3. dist. 36. n. 6. Farin. d. q. 92. n. 41. cum seq.
An & quando ratione minoris aetatis poena sit minuenda, vide Tiraq. de poenis semper. causa 7. Duen. reg. 259. Menoch. de arbit. casu 329. Ant. Gom. tom. 3. vari. c. 1. n. 62. etiam seq. Morla in imperio iuris part. 1. tit. 5. q. 7. n. 7. 8. & 9. An & quando adversus confessionem delicti factam in iudicio minor restituatur, vide lat. in l. si is qui s. l. n. 7. de iureiur. Hippol. in l. 1. §. fin. n. 96. ff. de quest. & l. inde minor. in princ. n. 57. ff. eod. Chald. Pereira ad l. si curator em verbo vel adversarij dolo a n. 39. Sfort. de in integr. restit. quest. 65. num. 37. Fachin. controuers. lib. 1. cap. 72.

Morl. d. quest. 7. num. 12. Gutier. in authent. Sacramenta puerum, num. 131. C. si adversus vendit. Farin. quest. 81. num. 374. cum seq. Sanch. de matrimo. lib. 7. disp. 112. num. 17.

In gloss. Grandisculis, 1. in addit. De illo quod scripsit D. Gregor. cap. 19. lib. 4. dialog. infantem scilicet quinque annorum a manibus parentum propter assiduas infantis blasphemias a diabolo ereptum fuisse: & de illo quod asserit D. August. ad Rhenatum Episcopum, puerum scilicet septennem, & mentiri, & negare, & confiteri posse, vide Farin. d. quest. 92. num. 48.

S V M M A R I V M.

- 1 Puer non debet ita severe puniri sicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis teneatur.
2 Statutum imponens poenam pecuniariam pro homicidio non valet.
3 Consuetudo puniens homicidium poena pecuniaria non valet.
4 Minorem sed dicenti incumbit probatio.
5 Pubertati proximus, etiam si doli capax sit, si delinquat mitius punitur.
6 Pupillus non ligatur, nec comprehenditur sub statuto generaliter loquente.
7 Pater pro filio non est conveniendus.
8 Lex vel statutum, quod aliter pro alterius delicto puniatur est odiosum, & rigore plenum.
9 Pater non tenetur solvere poenam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, qua pro legitima parte filio deberentur.
10 Puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit.
11 Appellandum est a iurisdictione temporali Episcoporum ad Papam.

C A P. Referentem. II. & fin.

Alex. III.

Ver mirius punitur quam maior, unde si puer minor 14. annorum sagitta alium interficiat, consuetudine loci minime obstante, non est puniendus in pecunia, nec pater pro ipso. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Casal. in annot. Ioan. Andr. Anania, Hoff. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 169. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 696. remissive Ximen. in conc. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 2.

Secundum consuetudinem illius terra. Quae quidem irrationabilis etat, & per consequens non obligans, nam eodem modo statutum imponens poenam pecuniariam pro homicidio, cum occasione delinquenti praestet, non valere resoluunt Duen. reg. 345. vers. 14. Couar. variar. lib. 2. cap. 9. num. 2. vers. deinde, Clar. §. homicidium, num. 15. vers. sed nunquid, Kirchou. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 15. num. 70. pag. 499. Perez. ad l. 8. Ordin. pag. 255. late Farin. in praxi crimin. part. 5. quest. 119. num. 27. cum seq. vbi num. 30. resolut quod nec valet consuetudo puniens homicidium poena pecuniaria.

Si confiterit, &c. Id est, per probationem ab ipso minore factam, cum dicenti se minorem, incumbat probatio, ut per Viuian. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. num. 59. pag. 480. Ioseph. Ludovic. Petrus. decif. 56. Mascard. de probat. conclus. 666. num. 2. & conclus. 1059. num. 8. Sfort. de in integr. restit. part. 1. q. 37. Menoch.

Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 50. n. 18. Chald. Pereira in l. si curator. m. verbo minor. b. n. 10. Sanch. de matr. lib. 2. disp. 4. n. 39. Nicol. Garc. de benef. part. 6. cap. 1. à n. 185.

5 Intra decimum quartum, &c.] Ergo proximus pubertati, etiam si doli capax si delinquat mitius punitur, ut per Tiraq. de pœnia temper. causa 7. n. 6. ad fin. Couar. in Clem. si furiosus. part. 3. in initio num. 5. post. vers. quis autem dicatur, Ant. Gom. tom. 3. var. cap. 1. num. 62. Clar. §. fin. quæst. 60. vers. sed in omnem casum. Menoch. de arbit. casu 329. num. 2. Sfort. de integ. restit. part. 2. quæst. 80. à num. 47. Mauri. eod. tract. cap. 161. num. 1. Fatim. d. praxi crimin. quæst. 92. num. 62. ubi declarat verbum multum, de quo in præsentis, id est, non perfectè ultum, & n. 20. resoluunt proximos pubertati, & doli capaces non in totum si occiderint excusari, sed bene mitius esse puniendos.

6 Propter illam consuetudinem non exigat, &c.] Notatur ad hoc, quòd pupillus non ligatur, nec comprehenditur sub statuto generaliter loquente, ut per Tiraquel. de præscript. fol. 105. Bonacol. tom. 2. communium opin. lib. 9. tit. 13. num. 74. pag. 500. Surd. decis. 49. num. 9. Fatim. in praxi crimin. part. 1. quæst. 15. n. 51. & 52. Iaf. in §. actiones autem, num. 83. Instit. de actionib. Marfil. sing. §. 81. n. 4. & sing. 361. in fine, Neuzian. consil. 17. n. 77. prope med. Roman. sing. 816. incip. Tu vidisti. Contrarium veto, immo constitutionem simpliciter loquentem se extendere etiam ad minores, ex l. si sine, §. Lucius ff. de admin. tutor. & cap. constitutum. de integ. restit. tenent Bald. in l. 1. n. 29. vers. iuxta hoc quero, C. de confes. Nat. conf. 540. num. 2. lib. 3. Fatim. de restit. in integr. quæst. 15. art. 2. num. 62. Tiraquel. de legib. comb. glof. 2. num. 191. Hinc statutum deferens lucrum dotis vxore præmoriante sine filiis, locum habet etiam in minore dante dotem, seruatis solemnitatibus, Bald. in l. 1. col. 1. C. si aduersus dotem, ubi Cast. num. 4. cum seqq. Cuman. consil. 109. in princ. vers. ad primam, & statutum adimēs robur instrumentis non registratis comprehendit quoque minores, Alexand. consil. 119. num. 14. vers. 9. dict. lib. 6. Nat. consil. 541. num. 16. & 17. lib. 3. Roman. consil. 166. num. 2. vers. nos autem loquimur, & conf. 394. num. 5. vers. 2. Sed utraque sententia facili negotio componitur, aut enim agitur ut quis teneatur ex aliquo facto extrinseco per ipsum perpetrato, & tunc minor non comprehenditur sub lege, aut statuto, & ita procedit text. in præsentis, & Doctores citati pro eo; aut verò agitur ut ex sola lege, aut statuto resultet præiudicium minori sine aliquo ipsius facto extrinseco, & tunc aut minor est habilis & continetur, aut non est habilis, & non comprehenditur, Alexand. consil. 119. num. 8. vers. sexto, lib. 6. conf. 61. num. 18. lib. 7. Roman. consil. 120. num. 1. cum seqq. Beroi. conf. 68. num. 21. vers. faciunt, Rot. in Sabien. Castri montis rotundi 8. Febr. 1627. coram. Reu. D. meo Coccino vers. quantum atinet, cum seq.

7 In glof. Inultum. ibi. & pater pro filio non est commendendus. Vide Couar. lib. 2. vari. cap. 8. num. 7. vers. hic apparet, Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 87. num. 8. Et lex, vel statutum quòd alter pro alterius delicto puniatur, est odiosum, & rigore plenum, ex Menoch. consil. 53. n. 10. & conf. 119. num. 118. ubi num. 119. dicit quòd statutum obligans partem pro debitis filij, odiosum est, & num. 120. idem dicit de statuto obligante fratrem pro debito fratris, & conf. 100. num. 161. asserit hunc text. procedere, ubi agitur de pœna & odio rationali nempe ut vnus pro alio, videlicet pater pro filio, puniatur, quod esset irrationale, & odij plenum, idem Menoch. consil. 25. num. 56. & consil. 99. numer. 18. Marfil. singul. 244. Filius, & singul. 361. statutum, Pater enim ex contractu filij non obligatur, Paris. consil. 93.

numer. 14. lib. 1. Mant. decis. 308. numero 11. In ead. glof. ibi, si pecuniaria pœna esset sibi imposita, Notatur ad hoc, quòd pater non tenetur solvere pœnam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, que pro legitima, à patre filio deberentur, ut per Couar. lib. 2. var. c. 8. n. 7. Perez l. 1. col. 9. tit. 16. lib. 8. Orá. p. 23. Greg. l. 2. verbo de la pagar. tit. 19. p. 4.

In ead. glof. ibi, irregularis tamen non fuit effectus. Notatur ad hoc, quòd puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit, ut per Paul. Comitol. vers. res. lib. 6. q. 19. à n. 2.

In glof. Intra decimum quartum, fin. ibi, & post. §. mi arg. ex hoc quòd ab Episcopo, &c. Hæc gloria quæminus dicere videtur à iurisdictione temporalium Episcoporum ad Papam, & non ad Principem secularem esse appellandum, communiter reprobat, ut per Franc. Marc. decis. 455. numer. 10. & 11. part. 1. Salzed. Bernard. reg. 397. Bobadill. in sua politica, lib. 2. cap. 17. n. 197.

De Clerico venatore.

TIT XXIV.



UPER hanc rubr. scriperunt Zabriel Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Franc. Mar. Socin. Guillelm. Durand. in Breuiario aureo iuris Canon. fol. 145. Petr. de Rovenna in compend. iuris Canon. Mar. Moynard. in epitome Decretal. fol. 189. vers. Dan. Venatorum analysi methodica iuris Pontifici, a pag. 688. Goffred. Holt. in summa huius tit. Alex. Callan. & Anst. German. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carragan. exposit. tit. iuris Canon. nouissimi Ioan. Honor. lib. 5. fin. in Decretal. omnes sub hoc tit.

De materia tituli, vide Emman. Sa in aphorismis verbo venatio, Fr. Emman. in summa tom. 1. c. 35. cum duobus seqq. Bernard. & Salzed. in pract. c. 70. in unum imp. Marta de iurisdict. part. 4. cent. 1. casu 37. à num. 17. de Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 19. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 38.

Plura de venationibus, & carum permissione & prohibitione, multiplicate specie refertur Ordin. aeg. Litan. lib. 5. tit. 88. & apud Castellanos, l. 1. cum seq. lib. 7. noue recop. Perez l. 1. glof. 1. p. 422. tit. 22. lib. 2. Ordin. Menoch. casu 413. Sebast. Medic. in tract. de venat. & proscat. plures refert Cened. ad Decretum. coll. 56. quibus adde Bernard. Graue ad pract. Camera Imp. lib. 2. conc. 66. Bellet. d. §. 16. Thom. Valac. alleg. iuris tom. 1. alleg. 31. Sayr. in clauis Regia lib. 11. c. 9. Molin. de iuris tract. 2. disp. 43. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 5. dub. 6. cum seq. Arzot. in moral. p. 3. lib. 5. c. 16. Rebell. de obsequiis iusticia. part. 1. lib. 9. 14. à n. 7. cum seq. Valquez. in opere moral. tract. de relig. c. 5. §. 2.

SVM MARIVM.

- 1 Clerico prohibetur venatio, & contra facientis pœna imponitur.
- 2 Venatio periculosa, & clamorosa clericis interdicitur.
- 3 Venatio in dubio præsumitur, facta causa recreationis.
- 4 Monachis nec recreationis causa venatio est licita.
- 5 Piscatio clericis est permissa.

6 Venatio

BIBLIOTHEK
PADERBORN